Marium accederent, amici. Multo
effuso sanguine erat Cinna hebes iam
et exatiatus caedibus. Marij
quotidie recens et furens furor omneis
peruadebat vtrinque sibi suspectos.
Omneis viae, omnia oppida percussoribus et venantibus profugos et delitescentes referta erant. Videres hospitij et amicitiae fidem rebus aduersis
nullam habere stabilitatem. Quotusquisque enim fuit, qui non proderet ad se confugientem. Quare Cornuti seruos operaepretium est exostulari et commendare: qui domi abditum
dominum, cum haberent, cadauer hominis plebei ex collo suspensum, cuius
digito annulum aureum induerant, ostenderunt Marij satellitibus, idque
pro domino combusserunt. Neque id aduertit quisquam, sed ea ratione a seruis suis Cornutus furtim est in
Galliam deportatus. Marcus
Antonius

Seruorum in Cornutum fides.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_917/0198
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG